



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Sancti Hieronymi Stridonensis, Sanctae Romanae Ecclesiae Presbyteri Cardinalis Epistolae In Tres Libros distributae**

**Hieronymus, Sophronius Eusebius**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

XXVII. Ad Hieron. Damas. D lecto Dormien

**urn:nbn:de:hbz:466:1-37862**

partes scissa Ecclesia ad se rapere me festinat.  
 Monachorum circa commanentium antiqua in-  
 melurgit autoritas. Ego interim clamito: Si  
 Quis cathedræ Petri jungitur, meus est. Mele-  
 tius, Vitalis atque Paulinus tibi hæere se di-  
 cunt, possum credere si unus hoc affereret. Nunc  
 verò aut duo, aut omnes mentiuntur. Ideirco  
 obtestor beatitudinem tuam per crucem Domi-  
 ni, per necessarium fidei nostræ decus passionem,  
 itaque Apostolos honore sequeris, sequaris &  
 merito, ita in solio cum duodecim iudicaturus  
 sedes, ita te alius senem cum Patre cingat, ita  
 municipatum cœli cum Paulo consequaris, ut  
 mihi literis tuis, apud quem in Syria debeam  
 communicare, significes. **NOLIT** despiciere ani-  
 mam, pro qua Christus mortuus est.

Matt. 19.

Ioan. 21.

*XXVII. Damasus Pontifex Hieronymo. Mittit que-  
 stiones, ab Hieronymo illas cupiens explana-  
 ri, laudasq; studium scripturarum.*

**D**ilecto in Christo filio Hieronymo Presbyte-  
 ro Damasus; in Domino salutem. Dormien-  
 tem te, & longo jam tempore legentem potius,  
 quàm scribentem, quæstiunculis ad te missis exci-  
 tare disposui: non quò & legere non debeas, hoc  
 enim veluti quotidiano cibo alitur, & pingue-  
 scit oratio: sed quò lectionis fructus iste si scri-  
 bas. Itaque quoniam & heritabellario ad me re-  
 missio, nullas jam te epistolas habere dixisti, exce-  
 ptis his, quas aliquando in eremo dictaveras,  
 quasque totà aviditate legi atque descripsi: &  
 ultro pollicitus es, te furtivis nocturnis operis ali-  
 qua,

C 6

qua,



qua, si vellem, posse distare, libenter accipio offerente, quod rogare volueram, etiam si neges. Neque verò ullam puto digniorem disputationis nostræ confabulationem fore, quam si scripturis sermocinemur inter nos: id est, ego interrogem, tu respondeas. Quâ vitâ nullo puto in hac luce jucundius, quo animæ pabula omnia mella superantur. Quàm dulcia, inquit Propheta, gutturi meo eloquia tua, super melle meo. Nam cum idcirco, ut ait præcipuus Orator, homines à bestiis differamus, quod loqui possumus, quâ laude dignus est, qui in ea re ceteris superat, in qua homines à bestiis antecellunt. Accingere igitur, & mihi, quæ subjecta sunt, edisere, servans \* utrobique moderamen, ut ne proposita solutionem desiderent, nec epistola brevitate, Fateor quippe tibi eos, quos mihi jam pridem Lactantij dederas libros, ideo non libenter lego, quia & plurimæ epistolæ in eis usque à mille spatia versuum tenduntur, & rarò de nostro dogmate disputant: quo fit, ut & legentium fastidium generet longitudo, & si qua brevitas, scholasticis magis sint apta, quàm nobis, de metris & regionum situ & Philosophis disputantibus.

*Psal. 118.*

*\* utrumque.*

*Lactantius.*

festin  
ad o  
ptun  
rim  
veb  
rens  
lecti  
post  
scie  
tern  
qui  
ri D  
ego  
bre  
gul  
gen  
bus  
non  
que  
scil  
ta:  
tan  
epi  
an  
in  
cit